

Christoph Luckow    Nicolaus Nagel

## **Disputatio De Querela Inofficiosi Testamenti**

Rostochii: Reusnerus, 1611

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730618226>**

Druck    Freier  Zugang



27 34

35

35

DISPUTATIO  
De

QUERELA  
IN OFFICIOSI TE-  
STAMENTI,

Quam

*Divinâ annuente & favente gratiâ, in celebri Megapo-  
lensium Academia,*

PRÆSIDE

Christophoro Lucovio

ROST.

Dn. Collegis suis examinandam proponit

NICOLAUS NAGEL Hofrat. Wilt.

*Ad diem 5. August. loco horisq. consuetis.*



ROSTOCHII,

*Ex Officina Typographica Christophori Reusneri,*


ANNO M. DC. XI.

1611

*R. U. - jur 1611 Luckow, Christoph*

*I. D. 181. 27*







DISPUTATIO  
DE QUERELA INOFFI-  
CIOSI TESTAMENTI.

*Thesis I.*

Testamenti infirmandi ratio, vel ex ipso jure, vel ex of-  
ficio judicis dependet. De priori cum satis abundè in  
superioribus sit actum, placet & de posteriori hac præsen-  
ti disputatione dispicere, = *wh*

II.

Fit plerunq; quod de jure instituendi sine causa testa-  
mento vel exheredentur, vel omittantur; Cum v. consen-  
tiendum non sit, ut maximè parentes injuriam adversus su-  
os filios testamento inducant, quod plerunq; testante Ca-  
jo in l. 4. ff. d. inoff. testam. facere adsolent, malignè circa san-  
guinem suum inferentes judicium, novercalibus delinimen-  
tis instigationibusq; corrupti; remedium Extraordina-  
rium introductum est, quo testamentum hoc colore, quasi  
non sanæ mentis fuerint, cum illud ordinarent, accusari &  
infirmari potest, l. 2 ff. d. inoff. test. pr. Inst. eod.

III.

Vocaturq; remedium illud inofficiosi testamenti Que-  
rela. l. 3. pr. & passim. ff. eod. item quandòq; actio inofficiosi.  
l. 15. §. 2 ff. eod. quandoq; accusatio de inofficioso. l. 15. C. d.  
inoff. testam.

IV.

Est nihil aliud quàm actio Extraordinaria, quæ re-  
scisso testamento contra pietatis officium facta, petitur he-  
reditas ab intestato, postquam eam institutus adit. l. 2. §. 10.  
l. 21. §. ult. ff. eod. l. pen. §. 2. C. eod.

A 2

Non



## V.

Non itaq; eam cum hereditatis petitione unam esse, cum  
*Sichard. ad l. 1. C. d. inoff. test. n. 6. arbitramur; licet simul in uno*  
*eodemq; libello cumulari posse non inficiemur. Zaf. ad l. 20.*  
*ff. d. inoff. test. Diss. Angel. ibid.*

## VI.

Quo a jure sit introducta querela inofficiosi variæ Dd.  
 reperiuntur sententiæ. Cujacius 2. *obs. 21. & 14. obs. 14.* ex jure  
 civili, & quidem ex lege Glicia. *per l. 4. ff. eod. eam deducit,*  
*Duar. ad tit. ff. d. inoff. test.* eam neq; juris civilis, neq; præ-  
 torii esse, sed ex constitutionibus quibusdam principū in-  
 troductā putat. *Vult. in pr. Inst. d. inoff. test. n. 3.* utriq; juri, tam  
 civili quàm prætorio ejus originem ascribit. *Donellus v.*  
*19. com. 4.* non ex jure scripto, sed moribus ortam tradit: Cui  
*per l. 24. ff. h. t. astipulamur.*

## VII.

Competit hæc querela primo Descendentibus, h. e. li-  
 beris præteritis vel injustè exhereditatis, si ve sint masculi, si-  
 ve fæminæ. *l. 1. 3. 5. ff. eod. pr. Inst. eod. sui vel emancipati. §. 5.*  
*Inst. d. exher. liber. Nov. 118. c. 1. & 4. nati vel nascituri. l. 4. in fin.*  
*C. d. lib. præ. nec non legitimi tantum ab ascendente adopta-*  
*ti durante adoptione. l. pen. C. d. adop.*

## IIX.

Unde etiam noviss. jure postumum exheredari posse pu-  
 tamus, ita tamen. ut per querelam inofficiosi ei sit succur-  
 rendum. *Donel. 6. com. 13. Pac. 5. ἐναντιοφ q. 86. Diss. Cujac. ad l.*  
*4. ff. d. lib. & post.*

## IX.

Non v. competit querela arrogatis; hi enim beneficio D-  
 pii, si fuerint exhereditati, habent legitimam suam, h. e. quar-  
 tam totorum bonorum salvam. *l. 18. §. 15. ff. d. inoff. test.*

## X.

Nec naturalibus tantum, & spuriiis, nisi adversus testa-  
 mentum



mentum maternum, maternorumq; parentum. *l. 29. §. 1. ff. eod.* An v. adversus patris testamentum admittantur naturales, legitimis liberis & legitima uxore deficientibus, usquequaq; expeditum non est? *Affirm. Cujac. ad Nov. 18. Arum. ma. disp. 10. th. 15.*

#### XI.

Deinde datur querela Ascendentibus, h. e. parentibus exheredatis utriusq; sexus adversus liberorum testamenta, modò ab intestato successuri fuissent. *l. 6. §. 1. l. 14. ff. eod. & bona liberorū non sint castrensia vel quasi. l. 24. l. ult. C. eod.*

#### XII.

Hinc querelam in linea ascendenti & descendenti sublatam esse cum *Domin.* *Arum. disp. 10. th. 12.* Et militare testamentum jure novissimo querelæ inofficiosi subjacere cum *Fachin. 6. contr. 74.* constanter negamus.

#### XIII.

Competit insuper patri, præter querelam, etiam remedium bonorum possessionis contra tabulas, si sc. ab Emancipato fuerit præteritus vel exheredatus. *per l. 1. in pr. ff. si quis à parent. manumiss. fuer. Vigl. Inst. d. inoff. test. verb. liberorum parentibus. n. 4.*

#### XIV.

Deniq; & Collaterales querelam instituere valent, non tamen omnes, sed duntaxat fratres sororesq; germani & consanguinei. *l. 21. l. 27. C. d. inoff. test. §. 1. vers. foror. Inst. eod.*

#### XV.

Et quidem tum demum, si turpes personæ fuerint institutæ. *§. 1. Inst. eod.* etiam levis notæ macula aspersæ. *l. 27. C. eod.* Sub quarum numero an & spurii sint recensendi, non omnium eadem est mens? Negativam tuemur per ea quæ tradit. *Petr. Heig. p. 1. quest. 21. Dis. Palæott. tr. d. spur. c. 55. & seq.*

#### XVI.

Uterinis v. & ultrà cognatis querela non competit. *d. l. 21.*

A 3

C. eod.



*C. eod.* Melius itaq; facerent, monente *Vlp. in l. i. ff. h. t. si se-*  
sumptibus inanibus non vexarent, cum obtinere spem non  
habeant.

XVII.

Quid de fratrum filii statuendum, utrum cum patruis  
succedant patruo per querelam inofficiosi intestato factoe  
cum ad querelam admitti nequeant, his non coniungi cum  
*Vult. pr. Inst. h. t. n. 10.* verius dicimus.

XVIII.

Eadem ratione nec fratres cum parentibus admitti cen-  
semus, si parens filium per inofficiosi querelam, inofficio-  
sum fecerit. *Vigl. ad §. 1. n. 9. Inst. eod.* licet in successione ab  
intestato secus sit. *Nov. 118. c. 3.*

XIX.

Ad heredes quoq; tam suos quàm extraneos querela  
transmittitur; ad illos indistinctè. *l. 34. C. eod.* ad hos non ni-  
si præparata. *l. 6. §. fin. ff. eod. VVesenb. in parat. ff. eod. n. 8.*

XX.

Sed & quandoq; in querela succeditur per jus accrescen-  
di. *l. 23. §. fin. ff. eod. arg. l. 5. ff. d. vulg. & pupill. subst. Treutl. p. 1. di-*  
*sputat. 13. th. 5. lit. c.*

XXI.

Datur autem querela contra quoscunq; heredes, tam  
scriptos. *l. 29 §. fin. ff. eod.* quàm nuncupatos. *l. 31. C. eod.* tam  
directos, quàm fideicommissarios. *l. 1. C. eod.* cuiuscunq; di-  
gnitatis etiam Imperatorem ipsum. *l. 8. §. 2. l. 31. §. 1. ff. eod.*  
nec non contra heredis locum obtinentes. *l. 29. ff. eod. l. 10. C.*  
*eod.* aditâ hereditate. *l. 8. §. 10. ff. eod. l. 36. C. eod.*

XXII.

Forma seu modus querelæ est, quod dicat actor, doceat  
quæ immerentem se, atq; indignè contra officium pietatis  
præteritum vel exheredatum esse. *l. 3. l. 5. ff. eod. pr. Inst. eod.*

Atq;



### XXIII.

Atq; debet intentari querela, ubi heres scriptus domicili-  
 um habet. *l. 29. §. fin. ff. eod.* nisi exheredatus in modum  
 contradictionis agat, tum sc. cum exheredatus in possessio-  
 ne est hereditatis, scriptusq; heres hereditatem petit. *l. 8. §.  
 13. ff. eod.*

### XXIV.

Et quidem si heres institutus præstò est in eadem pro-  
 vincia commanens, intra sex mensium spatium; si v. utra-  
 que pars seorsim in diversis provinciis degat, tunc intra  
 annale tantummodo spatium cogitur heres vel adire here-  
 ditatem, vel suæ voluntatis sententiam declarare. *l. scimus.  
 36. §. illud. 2. C. eod.*

### XXV.

Finis & Effectus Querelæ est, ut testamentum inoffi-  
 ciosum declaretur & rescindatur, eoq; rescisso, hereditas  
 ab intestato restituatur. *l. 6. §. 1. ff. eod.* non quidem ut olim  
 per omnia. *l. 8. §. pen. l. 13. l. 28. ff. eod.* sed quoad institutio-  
 nem tantum, salvis reliquis testamenti articulis. *per Nov.  
 115. c. 3. in fin. Auth. ex causa. C. d. liber. præter.*

### XXVI.

Cessat querela, quando remedio ordinario ad bona de-  
 functi perveniri potest: Quare si quantacunq; pars relicta  
 fuerit, magis est, ut ad supplementum Legitimæ quis agat,  
 quàm ut querela inofficiosi experiatur. *§. 3. Inst. eod. l. omni-  
 modo. 30. C. eod.*

### XXVII.

Verùm non quovis, sed institutionis titulo Legitimam  
 etiam ascendentibus relinquendam esse, cum *Fachin. 4. contr.  
 24. & 30. per Nov. 115. c. 3. pr. contra Valth. lib. 1. misc. c. 5. sta-  
 tuimus.* Nec quinquennio, sed triginta annorum præscri-  
 ptione actionem ad supplendam legitimam excludi. *per l. 8.  
 C. d. iur. delib. cum Gail. 2. obs. 120. n. 5. arbitramur.*

Cessat



## XXIIIX.

Cessat deinde si ex justa causa sint exheredati vel præteriti. *l. 3. l. 5. ff. eod.* Justæ a. exheredandi causæ petendæ sunt ex *Nov. 115. c. 3. & 4.* Ultra quas, an & aliæ similes vel majores sint admittendæ, magnus Dd. est conflictus: Nos affirmantium castra sequimur. *Fachin. 6. cont. 78. Diff. Borch. d. feud. c. 8. n. 132.*

## XXIX.

Ad istius a. justæ exheredationis causæ in testamento appositæ probationē heres admittitur, qua destitutus rescinditur testamentum. *Nov. 115. c. 4. §. 9.* Quid v. si causa testamento inserta non sit eum, etiamsi velit probare, ad probationem tamen admittendum non esse, neq; , eâ probatâ, filium excludi, juri consonum est. *Treutl. p. 1. disp. 13. th. 10.*

## XXX.

De hoc quoq; disceptatur valdè; an filio justè exheredato, nepos ex sua persona ad querelā inofficiosi admittatur? Affir. *Dyn. ad l. non debet. 22. d. R. I. in 6.* Negat. *Gomez. tom. 1. var. resol. c. 11. n. 2 I. cui & nostrum adjicimus calculum. per l. 34. C. eod.*

## XXXI.

Nec non cessat querela, si judicium defuncti comprobavit, puta legatum sibi relictum petendo. *l. 10. l. 31. §. 3. ff. eod. vel cum scripto herede aliquid gerendo. l. 23. §. 1. l. fin. ff. eod.*

## XXXII.

Tempore deniq; exspirat querela, si intra quinquennium de inofficioso non egerit. *l. 34. in fin. C. eod. excepto casu in l. 16. C. eod. notato.* Quod non á morte testatoris, sed ab adita hereditate veniet computandum. *d. l. 34. C. d. inoff. test.*

## PARERG.

1. In quibusdam locis receptam per aquam frigidam sagarum probationem tanquam fallibilem merito improbamus.
2. Sanguinis è corpore intersectorum ad contactum presentis accusati profusivum, ad torturam indicium sufficiens facere negamus.
3. Cadaver hominis ob es alienum sisti vel arrestari non posse, juri consonum est.

## FINIS.



XXIII.

Atq; debet intentari querela, ubi domicilium habet. l. 29. §. fin. ff. eod. nisi ex contradictionis agat, tum sc. cum ex l. ne est hereditatis, scriptusq; heres h. 13. ff. eod.

XXIV.

Et quidem si heres institutus provincia commanens, intra sex mensium que pars seorsim in diversis provinciis annale tantummodo spatium cogitavit, vel suæ voluntatis sententia. 36. §. illud. 2. C. eod.

XXV.

Finis & Effectus Querelæ est, inofficiosum declaretur & rescindatur, eo ab intestato restituatur, l. 6. §. 1. ff. eod. per omnia. l. 8. §. pen. l. 13. l. 28. ff. eod. nem tantum, salvis reliquis testamento. 115. c. 3. in fin. Auth. ex causa. C. d. liber.


XXVI.

Cessat querela, quando remedio functi perveniri potest: Quare si qua fuerit, magis est, ut ad supplementum quam ut querela inofficiosi experiat. modo. 30. C. eod.

XXVII.

Verum non quovis, sed institutio etiam ascendentibus relinquendam est. 24. & 30. per Nov. 115. c. 3. pr. contra VI. tuimus. Nec quinquennio, sed triginta annorum actionem ad supplendam legitime. C. d. iur. delib. cum Gail. 2. obs. 120. n. 5. arbi.

the scale towards document



otus domi-  
n modum,  
i possessio-  
petit. l. 8. §.

adem pro-  
fi v. utra-  
unc intra  
adire here-  
e. l. scimus.

tum inoffi-  
hereditas  
em ut olim  
institutio-  
per Nov.

d bona de-  
ars relicta  
quis agat,  
eod. l. omni-

legitimam  
him. 4. contr.  
misi. c. 5. sta.  
m præscri-  
adi. per l. 8.

Cessat